

Dē Serviō Tulliō puerō

Servius Tullius puer in rēgiā Tarquiniī Prīscī vīvēbat. Rōmānī puerum locō servī habēbant, quia Tarquinius eum* Servium vocābat. Ōlim autem, cum puer dormiēbat, servī magnam flammam circum caput* puerī vident. Tum flammam exstinguere cupiunt et iam aquam portant, sed Tanaquil rēgīna iubet: „Exspectāte! Potest prōdigium esse, quod deī ipsī mittunt.” Mox cum somnō et flamma puerum relinquit. Tum Tanaquil Tarquiniō dīcit: „Marīte, vidēsne puerum, quem locō servī habēbāmus? Magnī deī eum adiuvant. Servius patriae nostrae prōdēsse potest. Nōs autem puerum bene ēducāre dēbēmus.” Ita Servius cum liberī Tarquiniī vīvēbat et mox equō et gladiō bene pugnābat. Cūncī Rōmānī Servium amābant, quia iūstus et prūdēns erat et bonās sententiās habēbat. Etiam Tanaquil Serviō dīcēbat: „Sī vir es, tuum est rēgnū. Populō Rōmānō praeēs! Timēre nōn dēbēs. Nōnne flamma prōdigium ā deīs ipsīs erat? Cūr rēgnāre nōn cupis? Neque Tarquinius neque ego Rōmānī erāmus, sed pecūniām habēbāmus.”

Ita Servius sextus Rōmānōrum rēx*

populō Rōmānō rēgnat. (secundum Livium)



Beccafumi, Domenico, *Tanaquil* [cit. 2015-07-27].

Obrázek je dostupný pod licencí Creative Commons na WWW: https://commons.wikimedia.org/wiki/File:Domenico_Beccafumi_-_Tanaquil_-_WGA1539.jpg

eum – jeho, ho = acc. sg. zájmena on; ōlim – jednou, kdysi; cum – když; dormiō, īre, īvī, ītum – spát; caput, itis n. – hlava; exstinguō, ere, exstīnxī, exstīnctum – uhasit; portō, āre, āvī, ātum – nést, nosit; prōdigium, ī n. – znamení; somnus, ī n. – spánek; ēducō, āre, āvī, ātum – vychovat; liberī, īrum m. – děti; equus, ī m. – kůň; sententia, ae f. – myšlenka, názor; věta; rēgnū, ī n. – království, vláda; nōnne = ne... snad, copak ne; cūr = proč; pecūnia, ae f. – peníze;

Autorem materiálu a všech jeho částí, není-li uvedeno jinak, je Marcela Slavíková.

Dostupné z Metodického portálu www.rvp.cz; ISSN 1802-4785.

Provozuje Národní ústav pro vzdělávání, školské poradenské zařízení a zařízení pro další vzdělávání pedagogických pracovníků (NÚV).